Fragmentarium



In illt. Miserunt principes et pharisei ministros. ut apprehenderent
ihm. Dixit ergo ihc. Adhuc modicum tempus uobiscum sum. et uado ad
eum qui misit me. Queretis me et non inuenietis. et ubi sum ego. uos
non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus
est. quia non inueniemus eum. Numquid in dispersione gentium iturus est. et
docturus gentes. Quis est hic sermo quem dixit. queretis me et non
inuenietis. et ubi sum ego. uos non potestis uenire. In nouissimo
autem die magno festiuitatis. stabat ihc et clamabat dicens.
Si quis sitit. ueniat ad me et bibat. Qui credit in me. sicut dicit
scriptura. flumina de uentre eius fluent aque uiue. Hoc autem
dixit de spiritu. quem accepturi erant credentes in eum. OF. Domine
conuertere et eripe animam meam saluum me fac propter misericordiam tuam. V. Do
mine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me. V. Miserere
mihi domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt om
nia ossa ... sa me a. SECR.
Concede nobis domine deus noster: ut hec hostia salutaris. et nostrorum fiat
purgatio delictorum. et tue propiciatio maiestatis. CO. Dominus
uirtutum ipse est rex ... glo rie. COMPL. Sacramenti tui
quesumus domine participatio salutaris. et purificationem nobis prebeat et
Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et cor SUPPL. medelam. Per.
corporis. ut bonis operibus inherendo. tua semper mereatur protectio
Expecta dominum uiriliter age et confortetur cor FR. III ne defendi. Per.
tuum et sustine dominum. V. Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo. OR.
Nostra tibi domine quesumus accepta sint ieiunia que nos et expiando gratia tua
dignos efficiant. et ad remedia eterna perducant. Per. Lc. Danielis prophe.
In diebus illis. Congregati sunt babylonii ad regem. et dixerunt ei.
Trade nobis danielem. qui bel destruxit. et draconem interfecit. alioquin
interficiemus te et domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum
uehementer. et necessitate compulsus. tradidit eis danielem. Qui

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 18r – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-xlae/2937/33080)